Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitialen

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

quidem pugnantes, sed cordibus Dominum ora-
tes prostraverunt non minus xxxv milia, præ-
sentia Dei magnifice delectati. Cumque
cessassent, et cum gaudio redirent, cog-
noverunt Nicanorem ruisse cum armis suis.
Facto itaque clamore et perturbatione ex-
citata, patria voce omnipotentem Dominum bene-
dicebant. Præcepit autem Iudas, qui per omnia
corpore et animo mori pro civibus paratus erat,
caput Nicanoris et manum cum humero
abscisam Ierusalem perferri. Quo cum
pervenisset, convocatis contribulibus et sacerdo-
tibus ad altare, accersit et eos qui in ar-
ce erant. Et ostendit caput Nicanoris et
manum nefariam quam extendens contra do-
mum sanctam omnipotentis Dei magnifice
gloriatus est. Linguam etiam impii Nica-
noris præcisam iussit particulatim avibus
dari, manum autem dementis contra templum
suspendi. Omnes igitur cæli Dominum benedixe-
runt dicentes: Benedictus Deus qui lo-
cum suum incontaminatum conservavit. Sus-
pendit autem Nicanoris caput in sum-
ma arce, ut evidens esset et manifestum
signum auxilii Dei. Itaque omnes communi con-
silio decreverunt nullo modo diem istum absque
celebritate præterire: habere autem celebritatem
xiij die mensis Adar, quod dicitur voce Sy-
riaca pridie Mardochei diei. Igitur his
erga Nicanorem gestis, et ex illis temporibus ab
Hebreis civitate possessa, ego quoque
in his finem faciam sermonis. Et si qui-
dem bene, et ut historie competit, hoc et ipse
velim; si autem minus digne, conceden-
dum est mihi. Sicut enim vinum semper bibere aut
semper aquam contrarium est, alternis autem uti de-
lectabile: ita legentibus si semper ex-
actus sit sermo, non erit gratus. Hic ergo
erit consummatus. Explicit

Liber Machabeorum II. Incipit prologus beati
Ieronimi presbiteri in evangelistas. Incipit
prologus primus.

Novum opus me fa-
cere cogis ex veteri, ut
post exemplaria
scripturarum toto
orbe dispersa quasi
quidam arbiter sedeam. Et quia inter se
variant, que sint illa que cum greca con-
sentiant veritate decernam. Pius labor,
sed periculosa presumptio, iudicare de ce-
teris, ipsum ab omnibus iudicandum, senis
mutare linguam, et canescentem mundum
ad initia retrahere parvulorum. Quis enim do-
ctus pariter vel indoctus, cum in manus su-
as volumen assumpserit, et a saliva quam
semel imbibit viderit discrepare quod
lectitat, non statim erumpat in vocem, me
falsarium me clamitans esse sacrilegum,
qui audeam aliqua in veteribus libris adde-
re, mutare, corrigere? Adversus quam invidia
duplex causa me consolatur: quod et tu qui
summus sacerdos es fieri iubes, et verum non esse quod
variat, etiam maledicorum testimonio compro-
batur. Si enim latinis exemplaribus fides est
adhibenda, respondeant quibus: tot sunt pe-
ne exemplaria quot codices. Sin autem
veritas est querenda de pluribus, cur non ad gre-
cam originem revertentes ea que vel a vitio-
sis interpretibus male edita, vel a presump-
toribus imperitis emendata perversius, vel a libra-
riis dormitantibus aut addita sunt aut
mutata corrigimus? Neque vero ego de ve-
teri disputo testamento, quod a septuaginta senioribus
in grecam linguam versum tertio gradu ad
nos usque pervenit. Non quero quid Aquila,
quid Symmachus sapiant, quare Theodo-
tion inter novos et veteres medius incedat.

Explicit liber Machabeorum ij. Incipit prologus beati Ieronimi presbiteri in evangelistas. Incipit prologus primus.

Sit illa ita inspiratio q̄m apli pbauīnt.
Denuo nunc loq̄r testantib3 q̄d greci ee
n̄ dubiū ē excepto aplo matheo qui p̄
mus in iudea eu᷒ x̄ hebreis lr̄is edidit.
Hec certe cum in nro sermone discordat
7 diuisos riuulor᷒ tramites ducit. Vno
de fonte q̄rendū ē. P̄termitto eos codic̄
quos a luciano 7 esychio nuncupatos
paucor᷒ hoīm asserit puisa contentio.
quibz utiq3 nec in ueṫi instrumento post
lxx interptes emendare q̄d licuit. n̄ i
nouo pfuit emdasse. cū multar᷒ ge
tiū in linguis scriptura an̄ translata
doceat falsa ee q̄ addita s̄. Igr̄ hec p̄
fatiuncula pollicet̄ q̄ttuor tm̄ euglia
quor᷒ ordo iste ē. Matheus. marc᷒. lucas.
iohs. codicum grecor᷒ emdata collatōe
s3 ueter̄ q̄ ne multū a lc̄onis latine co
suetudine discreparet. Ita calamo i
temperauim᷒ ut hiis tm̄ q̄ sensū uideba
tur mutare correctis reliq̄ manē pa
teret ut fuerāt. Canones quoq3 quos
eusebius casariensis ep̄c alexandrinū
secut᷒ ammoniū i x. nūos ordinauit
sic in greco hētur expssim᷒. Q̄d si qui
de curiosis uoluerit nosce q̄ i euglijs
ul' eadē. ul' uicina. ul' sola sint. eor᷒ di
stinctione cognoscat. Magn᷒ siquidē
hic in nr̄is codicib3 error inoleuit. dum
q̄d i eadem re alius euglista plus dix̄
i alio q' minus putauint addiderint. ul'
dum eundē sensū alius alr̄ expssit.
ille qui unū de quattuor pmū legat.
ad eius exemplū ceteros quoq3 estimauit
emendandos. Vn̄ accidit ut apud nos
mixta sint oīa. 7 i marco plura luce atq3
mathei. Rursū i matheo iohis 7 mar
ci. 7 i ceteris reliquor᷒ q̄ in aliis ppria s̄
inueniantur. Cū itaq3 canones legis q̄b3
subiecti sunt confusionis errore sublato 7 si
militia oīum scies. 7 singul' sua queq3 re
stitues. In canone p̄mo concordant iiij.
matheus. marc᷒. lucas. iohs. In scd̄o tres.
matheus. marc᷒. lucas. In tercio tres. ma
theus. lucas. iohs. In iiij. tres. matheus. m
arcus. iohs. In v. duo. m. lucas. In vi.
duo. m. marc᷒. In vij. duo. m. iohes.
In viij. duo. lucas. marc᷒. In nono.
duo. lucas. iohs. In decimo ppria unu
squisq3 q̄ n̄ hētur i aliis consequunt̄ si
gul' uo euangelijs ab uno i cipiens usq3
ad finem librorum dispar nūs increscat.
Hic nigro colore pscriptus. sb se hēt
aliū ex minio numerū discolorē q̄ ad
decem usq3 procedens indicat prior nūs
i quo sit canone requirend᷒. Cum igr̄
apto codice uerbi gr̄a illud siue illud ca
pitulū scire uolueris cui᷒ canonis sit.
statim ex subiecto nūo doceberis. 7 recur
rens ad p̄ncipia i quibz canonū est
distincta congeries. eodēq3 statim canone
ex titulo frontis inuento. illū quē que
bas nūm eiusdē euangeliste qui 7 ipe
ex scriptione signat' inuenies. atq3 eui
cino ceteror᷒ tramitib3 inspectis quos
numeros e regione heant adnotabis.
7 cū scieris recurrēs ad uolumina sin
gulor᷒. 7 sine mora repertis numeris quos
an̄ signaueras. repies 7 loca i quib' ul'
eadem ul' uicina dixerunt. opto ut in
xp̄o ualeas. 7 memineris mei pape
beatissime.

Item prologus.

Plures fuisse qui euan
gelia scripserint 7 lu
cas euangelista testa
tur dicens. Q̄m quidē
multi conati s̄ ordinare narrati
onē rer᷒ que in nob' cōpleta s̄. sicut